

AB

154382



Sum Joannis a Graulich

Wic. D. i.


ff. CVT

Das Buch ist zum Verkau  
auf alle Art abzugeben

Geordnet durch

Wic.





**P**ÆDO  
LOGIA PETRI MO-  
sellani protegensis, in puero-  
rum vsu conscripta,  
aucta, & pluribus  
in locis a men-  
dis repur-  
gata.

DIALOGI XXXVII.

Anno . M.D. XXXIII.



PETRVS MOSELLANVS, IO=  
anni Polyandro Lipsiæ apud diuum Thō=  
mam Ludimagistro suo, S.

Cur pauci  
latiæ loquā  
tur.

In. x. institu  
ti. oratori.

Quin. in. i.  
ca. ult. &

**E**S tu quidē, mi Ioannes, iam annos multos re ipsa expertus, quanta cum difficultate, & quam sero, infirma puerorū ætas, ad latinitatis antiquæ imitationem perueniat. Nam, cū post prima rei grāmaticæ rudimenta, tenera ingenia statim ad latini sermōis usum adigantur, nec tamen ulla eis uia ad hanc rem demonstratur, fit, ut dum utcunq; quod iubentur, præstare conantur, nouam quandam loquendi rationem, planè barbaram, & per uernaculi sermonis uestigia ingredientem, inter se sibi ipsi confingant. Quod uitium rudibus animis, & per hoc tenacioribus primum impressum, postea nulla arte deleri potest. Atq; hæc caussa mihi uideatur, quod non Germani solum, sed & Itali, qui nobis hac parte foeliciores uideri uolunt, sermone quotidiano in mundo adeo & parum proprio, utuntur. Videas enim bonam partē eorum, qui hodie linguam latinā profitentur, in loquendo nihil minus spirare, quam natiuum illiū & incorruptum Romani sermonis odorem. Ut cādidissime eloquentiæ scriptor Fabius, de extemporali orationis facultate, frustra scripsisse uideatur. Quid? quod hoc malum grauioris etiam ætatis profectibus omnem aufert gratiam? Alioqui qua causa male audiunt apud Quintilianum, & item Gellium ὀψιμαδεῖς, nisi quod a teneris, ut aiunt, unguiculis, optimis non sunt adsueti?

Obuia



Obuia quæq; in autoribus citra delectum, in suū usum  
conuertunt, ut dictio eorum omnis non propria & domi  
sua nata, sed e uarijs scriptoribus, hostiatim quasi mendi  
cando congesta, delicati iudicij hominibus non possit non  
putere. Hæc quum tu nō minus acute quā grauius per=  
penderes, nihilq; haberes potius, quam puerorū, qui tuæ  
fidei sunt concrediti, rudem & ad omnia sequacem ani=  
mum ad optima quæq; perducere, mecum egisti sæpe, ut  
loquendi formulas aliquot, quibus ea ætas uti posset, con  
scriberem. Diu, ut nosti, sum reluctatus, partim quod ad quarum  
ipse grauioribus occupatus, hanc operam utilissimam exēpla pu=  
quidem illā, sec in speciem tamen humilē, & penē sor=  
didam dedignarer, partim quod, quia in ludis eiusmodi uescendū.  
ipse non admodum essem uersatus, uix possem eam quasi  
personam cum decoro gerere. Videbam enim ad hanc  
fabulam agendam opus fore denuo repuerascere, & ut  
ait Flaccus, Ludere par impar, equitare in arundine lō=  
ga. Sed cum tu rogandi finem faceres nullum, pariterq; etica.  
te, qui probe puerorū sensum calleres, si qua nobis hac  
parte deessent, suppleturum promitteres, uolui quam=  
uis calumniam subire potius, quam uel tibi amico tum  
sinceriter amanti, tum prudenter roganti, quicquam ne=  
gare, uel meo pudore publicum pueritiæ commodum di=  
utius remorari. Iam si quis est, qui uehementer putet in=  
dignum, has, sicuti prima fronte uidentur, nugas, in  
chartarum perniciem scribi, is. mihi uirum paulisper ex  
uat, & in puerum redeat, cogitetq; iam primum sibi la  
tini sermonis usum discendum. Statim opinor, uidebit,



quàm facile, & nullo penè negocio, per eiusmodi fabu-  
Terentij p las, uelut quosdam gradus, ad Terentij proprietatem, ac  
prietatē cō Ciceronianam facilitatem, prima illa ætas traduci po-  
mēdat max tuisset. Quis autem laturus esset, immò, quis non statim  
ime Serui<sup>9</sup> exhibilaturus, si ex puerili persona, tetricam istam senum  
& Cicero= sapientiam sonarem? Tametsi sunt his nugamentis no-  
nis facilita= stris admista quedam, quæ seria ducere uideri possint.  
tē Fabius. Vsq; adeo, ut & hoc nomine ab Aristarchis istis uix tu=  
Vide Aris= tus sim futurus. Sed malui ego decori paulisper oblitus,  
tarchi ap= paucula subinde aspergere, quæ, si pueris suis literatores  
pellatione prælegant attente, queant cum studiorum abusum tolle=  
Chiliades re, tum pueritiæ mores ad Christianam regulam corri-  
Erasmii. gere. Hos labores tibi, mi Polyander, dicare uolui nomi-  
natim, ut qui author nobis, & adiutor ad hæc scribenda  
fuiisti, idem quoq; suscipias, quicquid id est libelli, tua fa-  
cundia, autoritate, ac gratia tuendum. Quod si ex hac  
editione ad te impulsorem, & me scriptorem, aut nulla,  
aut tenuis admodum gloria redibit, solemur nos ipsi per  
hoc, quod nullo popularis auræ pruritu, sed pio & sim-  
plici animo, uterq; nostrum hoc negotium tracta=  
uimus, tu adhortando, ego scribendo, si qui=  
dem iuuare studuimus saltem aliquos,  
nocere nemini. Bene uale, Lipsiæ  
ipsis ferijs diui Mat=  
thæi Apostoli. Anno.  
M. D. XVII.

Dialogus



# DIALOGVS

PRIMVS.

CASPAR ET MODESTVS,

De nundinis fabulantur. CAS.



GE VERO MODESTE,  
quot dies hinc absunt nundina-  
rum ferie, quibus frequētes adeo  
huc peregrini adueniunt mer-  
catores? MODE. Dies, ni fal-  
lor, quatuordecim, nam accu-  
rate singulas penè horas ad cal-

Ad calculū  
uoco, id est  
supputo.

culum uoco, Siquidem, nullum tempus totius anni cupi-  
dius expecto, quàm nundinarum. CASP. Non iniuria,  
quandoquidem hæ ferie partim nuncios, partim literas,  
partim omnibus literis gratiores pecunias, nobis adpor-  
tant, Quod si non & mihi iam planè exhausto, proximæ  
nundinæ argenti subsidium attulerint, non potero hic  
diutius durare. MODE. Pecunias quidem, id quod satis  
scio, accipiam nullas, pannum tamen in uestem hyber-  
nam, se discedente, mihi missurum promisit pater. CAS.  
Utinam uterq; uoti compos fiat, ut & tu commodius  
uestitus, & ego nummator, urgentis hyemis iniurias,  
minori negotio propulsare queamus.

DIALOGVS. II. *secundus*

De natali celebrando, de receptis pecunijs,

deq; bono cuiusq; genio.

A 3

OSVALDVS



DIALOGI.  
OSVALDVS ET MICHAEL.

**N**on tu hodie tuum natalem celebras, atq; nos tuos sodales conuiuio excipis? An ignoras hunc diem diuo Michaeli, cuius tu nomen refers, esse

Allusio ad sacrum? MICHA. Scio equidem, quid autem facerem, prouerbiū, quando ne obulū quidem habeo, quo panem emere queam. Ne obulus am, nedum conuiuia agitare. OSVAL. Non his quidem est nundinis a parentibus tibi nummi sunt missi? MICH. quo restim emam. Sunt utiq; sed ante nundinarum exitū e mercatore, qui literas modo dedit, extorquere possum nihil, ait enim sibi in tanto hominum strepitu, otium ad numerandas pecunias non esse, alioqui, non modo natalem meum conuiuio exciperem, sed & genio bono (quem angelum dicimus) peculiari aliqua hilaritate gratificarer. OSVAL. Itaque Terentiano illo satis excusati sumus. Ut ni duos genios attri-

butos putabat, alterū bonum, alterum malū, quos theologo angelos uocant, Vnde Eras. in prouer. Ge nius malus, modo, alius uideris. PET. Et mirum tibi uidetur, si uultu sumus

DIALOGVS III.

PETRVS ET PAVLVS DE REDITV

in patriam, de literis a parentibus acceptis, deq; missione flagitanda.

**S**alue mi Paule. PAV. Et tu sodalium iucundissime Petre, Sed quid adeo es tristis, nam ex quo communia studia, idēque hic ludus, mutua nos familiaritate iunxerunt, uultu alacri, & festiuo mihi semper es uisus. Ut ex his quos hic habet ludus, fuerit nemo, qui non te familiariter uti concupiuerit, nunc, nescio quomodo, alius uideris. PET. Et mirum tibi uidetur, si uultu sumus



MOSELLANI.

ea sum tristi, cum eiusmodi quiddam mihi accidat, quod  
 studiorum meorum progressum nō parum queat remo-  
 rari. PAV. Quid illud quæso? Nam graue aliquid sit  
 oportet, quod te adolescentem constantem, a studijs de-  
 ducat. P E. Dicam paucis. Iam annus ferme est, ex quo  
 Ludi huius nostri celebritate excitus, huc ad capiendum  
 ingenij cultum concessi, quo tempore, studiorum meo-  
 rum uix rationem inueni, tum mihi e patria offeruntur  
 literæ, quæ me domum, quasi ex medio studiorum cursu  
 reuocant. Et quod me omnium maxime male habet, re-  
 ditus mei causas nō edunt. Nec scire possum, an huc tan-  
 dem liceat remigrare. PAV. Qui scis, an ad fortunam  
 aliquam auoceris? P E. Nulla mihi fortuna potest in-  
 cidere tanta, cuius respectu literas queam posthabere,  
 PAV. At parentibus est obsequendum. P E. Hoc illud  
 est quod me mouet, quod me hinc domum extrudit.  
 Alioqui, tametsi non tantum est æris, quo hanc hyemem  
 transmittere queam, tamen præ studiorum amore, uictū  
 mendicando hostiatim quæritassem. PAV. Non ante-  
 quam hinc abeas, nunquam forsitan rediturus, conuiuium  
 inter nos agitabimus? P E. Conuiuia agitarem, qui ad  
 suppellectilis meæ sarcinam componendam, uix tempus  
 habeo? Immo, iam recta ad Ludimagistrum pergo, mis-  
 sionem efflagitaturus, quam ubi fuerō consecutus, con-  
 terraneorum meorum literis, quas ad parentes suos mi-  
 hi dabunt acceptis, statim iter ingrediar. Quare rectis-  
 sime uale mi Paule, mutue nostræ consuetudinis memor.

A 4 Quod



MOSELLANI.

Quod si quando dabitur otium, fac de studiorum tuorum ratione, & ludi huius statu, me literis tuis certiorē reddas. PAV. Faciam sedulo mi Petre, & lubens quidem. Sed heus tu. PE. Quid est? PAV. Conterraneos tuos, quorum consuetudo dum hic erant, utriq; nostrū erat grata, meo nomine diligenter salutes uelim. PE. Sat est, faciam.

DIALOGVS. III.

De conueniēdo præceptore, missione impetranda, deq; gratijs præceptori agendis.

PANDVLVS ET PETRVS. PAN.

Tun pro tu  
ne Comicū.

**Q** Vis es, qui trepide adeo pulsas hostium? En Petre, tun pulsasti? PE. Pulsauī. PANDV. Sed qua gratia huc intromitti postulas, non ut magistrum conuenias? PE. Maxime, si est intus, habeo quod cum eo agam ipse. PAN. Est intus. Sed mane paulisper, dum huc tibi renuncio, an hoc temporis articulo, ei te audire uacet. Here, scholasticus quispiam foris expectat, qui, si non sit molestum, cupit te de re quapiam conuenire. LVDI. Quin huc adest? PAN. Iam iam aderit. PET. Salue præceptor optime. Auocor hinc in patriam serijs parentum meorum literis, & si non auocarer, ipsa tamen æris egestas, & item nuditas, domum abigere me possent. Itaq; gratias ago tibi immortales, obseruantissime præceptor, quod me primum in tuam disciplinam humanissime recipere dignatus es, deinde, ex quo tuæ scholæ fui sectator, & fideliter, & accurate tam literis bonis, quam rectis moribus expolire studuisti



## DIALOGI

studuisti. Porro, quia, ut dixi, amplius hic morari non licet, quam possum amanter oro, ut qua humanitate me hactenus tractasti, eadem et migrandi potestatem concedas. Etenim, si modo id pace fiet tua, cras prima luce iter sumus ingressuri. LVDI. Si quid feci, quod gratum sit adolescens studiose, hoc totum non mihi, sed praeceptoris officio ferere deceptum. Ceterum, quando te hinc parentum literis auocari dicis, ab iis me permittente bonis quibus quocumque te, uel parentes uocant, uel rectius forsitan consilium hortatur. PET. Sed illac qua iter sum facturus, amicos ne aliquos habes, quos literis salutare cupias? quando quidem ipse perferendi onus in me lubens recipio. LVDI. Non admodum, et, ut maxime haberem, tot tamen alijs negotijs in praesentia districto, scribere non uacaret, Quare tu, quod ad litteras attinet securus, iter destinatum, quando lubet, capesse. PE. Bene uale.

## DIALOGVS. V.

De recipiendis scholasticis aliunde aduentantibus, deque Graecae litteraturae rudimentis in prima etate addiscendis.

## MARCVS ET IOANNES.

Vnde nobis aduenis mi Ioannes? aut quo animo huc ad nos es profectus? Neque enim opinor ludi huius gratia uenis, qui ante tot meis, atque item aliorum literis inuitatus, huc pertrahi non potuisti. IOAN. Immo, hac ipsa causa adsum. MAR. Vt cumque sit, gaudeo te festiuissimum sodalem nobis redditum, Et hic

A S adueno



MOSELLANI.

Mos eorū  
qui citra  
græcæ ling  
uæ cogniti  
onem, docē  
di provinci  
am assum=  
unt.

Nemo olim  
habebatur  
doctus ex la  
tinis, q non  
par esset in  
utriusq; o=  
rationis fa=  
cultate.

aduentus tuus, non mihi solum, sed omnibus qui te norūt  
optatus est, Sed enim <sup>molli manu scriben</sup> aperiās oro quidnam sit illud, quod  
te tandem huc allexerit. IO. Vis scire? MAR. Volo.  
IO, Audies. Quum primum <sup>audieris</sup> puer factus, <sup>legem</sup> grauiori pau=  
lo cura præceptorem scriptores Latinos prælegentem  
audire cœpissē, subinde Græcula aliquot uoces nobis  
occurrēbant. Quo loco præceptor suo munere egre=  
gie se putabat perfungi, quoties obiter tantum admone=  
ret, esse ea græca, perinde ac si peregrina, ad nos nihil  
attinerent. Hic quid alijs audiētibus in mentem uenerit  
nescio, equidem sic cogitabam, si ad nos hæc non perti=  
nent, ut nec cognita doctum, nec incognita imperitum  
reddant, cur non ex libris, tanquā offendicula quædam,  
penitus eradimus? Deinde mirabar ueterum scriptorum  
penē omnium curiositatem, qui non solum magna cura  
peregrinas istas nugas didicissēt, sed & libris suis, ue=  
lut maculas quasdam, inspersissēt. Postremo, quan=  
quam a præceptore libere dissentire erat religio, tamen  
cum audirem esse uiros graues multos, qui has, sicuti  
tum putabatur, <sup>possem</sup> <sup>liberem</sup> nugas amplecterentur, profiterenturq;,  
paulatim circumspicere cœpi, utrum credere malletm,  
magistrum ne meum potius ignorantia labi, an totam  
semel antiquitatem, & ex recentioribus optimos quosq;  
pueriliter delirare. Itaq; sic mihi inter hæc fluctuanti, &  
in quam partem inclinarem <sup>græc</sup> <sup>hæsitanti</sup>, forte fortuna ce=  
cidit, ut Marci Tullij Ciceronis libros de Officijs enar=  
randos præceptor susciperet, in cuius lectionis ingressu,  
statim



## DIALOGI.

Statim in ipsa præfatiōe grauiſſimus ille, & philoſophus  
& orator, unico ſuo filio ſuadet, ut Græca cum Latinis  
cōiūgat, quo par ſit in utriusque oratiōis facultate. Hoc  
ubi, præceptore diſſimulante, mihi arripuiſſem, grauiſſe  
dolere cœpi, negatam nobis occaſionem eas literas diſ-  
cendi, quarū studiū, ſi eſſent inutiles, nec laudaret Cōſul  
Romanus, nec filio unico miūgeret prudētiſſimus pater,  
MAR. Iā uideo quo tēdas. I O. Mane, nondū omnia ha-  
bes. Cū hæc ſubiratus mecū agitare, ecce rumor apud  
nos increbreſcit, in hanc laudatiſſimam Academiā Prin-  
cipis munificentia accerſitos, qui publice græcas literas  
doceant, & ex eorum uelut fontibus nonnihil quoq; in  
ludum literariū deriuari. Hæc fama partim literis, par-  
tim cōmeantibus confirmata, illinc me utriusq; eruditio-  
nis cupidum exciuit, & huc appulit. Habes cur adue-  
nerim, nimirum ut in hoc ueſtro ludo & Græcæ lingue  
elementa ſaltem liceat percipere. MAR. Dubio  
procul uoti compos eris, neq; aliquo alio <sup>modo</sup> ſœlicius te cō-  
ferre potuiſſes, adeo hic omnia nobis ſunt cōmoda. De-  
niq; quod peculiariter ad rem pertinet, ludus, ſi quis-  
quam alibi inſtructiſſimus. I O A N. Sed quando ſatis  
fabulati ſumus, hanc operam non negabis opinor, ut me  
ad Ludimoderatorem deducas, ſiquidem, iam ſtatim no-  
mē in hanc literariam militiā dare ſum paratus. MAR.  
Faciam ac lubens, tu me ſequere.

## DIALOGVS. VI.

De recipiendis in diſciplinam ſcholasticis.

Marcus



MOSELLANI.  
MARCUS, LVDIMAGITER  
ET IOANNES.

Vide Hiero  
ni. in comē.  
super Mat  
the. et Cap  
tionem in  
defensione.

Vergilius  
Enci. 5.

Dedimus  
hoc memo=  
rie optimi  
& doctissi  
mi iuuenis

*vingbing*

**E**N tibi praeceptor optime, adduco hic quendam,  
cum quo iam annos aliquot mihi fuit familiaris  
tas, hominem bonum & studiosum, is tui ludi  
fama excitus, huc appulit. Quare magnae foelicitatis lo  
co ducet, si se in tuorum gregem recipere dignatus fueris,  
LVDI. Adolefcens bone, quod tibi est nomen? IO. Est  
mihi nomen Ioannes. LVDI. Faustum planē nomen es  
fortitus, quippe hoc Hebraeis a gratia dicitur. Quamob  
rem summa ope tibi est enitendum, ut tam gratiosi no=  
minis expectationi, pro tua virili respondeas. IOAN.  
Equidem pro viribus sedulo dabo operam, teque in hoc  
mihi adiutorem fore spero. LVDI. Sed & ipsa corpo=  
ris tui facies animum subesse ostendit, qui neq; a literis  
neq; uirtutibus abhorreat, adeo, ut si fortiter egeris, &  
de te dici demum possit illud, Grator est pulchro ueni=  
ens e corpore uirtus. Quo libentius te in meam discipli=  
nam recipio, si modo das fidem te boni discipuli officio  
apud me functurum. IOAN. Do fidem me in omnibus  
quod rectum erit, quodq; tu iusseris facturum. LV. Ita  
spero quidem. Sed quae tibi est patria? ut in rationarium  
hoc quoq; adscribam. IO. Patria mihi est Auba oppidū  
Frantiae orientalis, non procul ab Herbipoli, celebri sa=  
cerdotum sede, situm. LVDI. Sat habeo, q; superest, cu=  
rabitur tibi pro tua sorte, commoditateq; domiciliū. Ac  
tu quidem in eo sic te gere, ne aliqua macula hinc in no=  
stram



DIALOGVS.

stram scholam redundet. IO. Quod ad hęc rem attinet securus esto optime præceptor, nam, ut inquilinum decet, modestissime agam. Nunquid aliud mihi uis iniungere? LVDI. Nihil, nam si quid superest tibi præstandum, quottidie inter prælegendum a nobis dicetur.

DIALOGVS. VII.

De domicilio cōmodo, atq; incommodo, deq; paupertate, ac opulentia scholasticorum.

IOSEPHVS ET CLEANTES.

**Q**uid agitur mi Cleantes? Contigit ne tibi commoda habitandi ratio? aut adhuc incertis fedibus oberras? CLE. Contigit quidem habitaculum, sed eius commoditas tanta non est, quantam speraui, siquidē spes erat fore, ut ciuis alicuius beneficio, una cum domicilio, & uictum qualemcūq; nanciscerer, uerum multo aliter euenit. Nā uix impetrare potui, ut pro locario statuto mihi angulus in ludo, locaretur, uictum uero, quando pecuniæ est parum, hostiatim emendicare oportebit, nisi forte melior mihi fortuna posthac euenierit. Tu autem fœlix es mi Iosephe, cui parenteis tantum sumptum suppeditare sufficiunt, quantum ad studiorum commoditatem est satis. IOAN. Est, dijs gratia, unde hęc commoda mihi parem, sed quo plura mihi sunt ad disciplinas parandas commoda, eo ipso grauiori dignus essem odio, si non plus quam uestrum quispiam didicero. Attamen, nec uos de medio cri studiorum uestrorum profectu, desperare decet.

Quando

Gregorij  
Aubani, a  
mici nostri  
qui Lipsiæ  
magna lau  
de docuit,  
quē imma  
tura morte  
sublatū do  
lemus.



MOSELLANI.

Vide Gell. <sup>multos humiles natos loco</sup> Quandoquidem constat, multos humili natos loco, ad  
in .2. cap. <sup>hæc nullis omnino fortunæ dotibus adiutos,</sup> hæc nullis omnino fortunæ dotibus adiutos, ad eruditio-  
18. nis fastigiū ascendisse? An non Democritus ille physi-  
<sup>cus, ex baulo factus est Philosophus?</sup> cus, ex baulo factus est Philosophus? Nō Cleantes, cuius

Vide Gell. <sup>tu nomen refers,</sup> tu nomen refers, a quis noctu hauriendis diurnum uictum  
in .5. ca. 3. <sup>sibi quæsiuit?</sup> sibi quæsiuit? Et quem Stoicum hic non equauit? Sed  
et Laer. in <sup>Plautus inter ipsos pistrinæ molestos labores,</sup> Plautus inter ipsos pistrinæ molestos labores, lauda-  
uita Demo <sup>tissimas illas Comœdias cōscripsit.</sup> tissimas illas Comœdias cōscripsit. CLE. His <sup>et eiusmo-</sup> et eiusmo-  
criti, <sup>et</sup> di alijs exemplis animatus, in studijs perseuero, alioqui  
Clean. <sup>me iam pridem ad manuarium aliquod artificium trāstu-</sup> me iam pridem ad manuarium aliquod artificium trāstu-  
lissim. <sup>Quanquam sunt mei ordinis pleriq; adolescentes,</sup> Quanquam sunt mei ordinis pleriq; adolescentes,  
in ludis magis putrescentes, quam studentes, adeo infœli-  
ci ingenio, ut ad nullas literas sint appositi, hi mihi nulli  
alij usui uidentur in <sup>ciuitatibus,</sup> ciuitatibus, quam quod alios mendi-  
cos, dum eis panem præripiunt, ex urbibus pellunt, ijs  
ego cōsulerem, ut se ad aliquod aliud studiū applicarent.  
IOSE. Probe dicis mi Cleantes, nam si omnes eiusmodi  
essent ingenio <sup>præditi,</sup> præditi, quali tu, <sup>fouendos modis omnibus</sup> fouendos modis omnibus  
putarem. Certe, quod ad te attinet, spero propediem tibi  
meliorem fore conditionem. Nempe, ut apud ciuem quæ-  
piam, cui nōnunquam inseruias, omnē studiorū cōmodita-  
tē sis habiturus. CLE. Utinā deus ita faxit. IOSE. Faxit  
ne dubita, <sup>et in hoc mea commendatione iuuabere.</sup> et in hoc mea commendatione iuuabere.

DIALOGVS. VIII.

ANDREAS AC PHILIPPVS.

De uindemia et aucupio loquuntur.

V Tinam mi Philippe iam domi apud parētes age  
remus



DIALOGI.

remus. PHILIP. Quid ita? ANDRE, Rogas?  
 imminet iam uindemiæ tempus, quo nullum toto anno  
 nostratibus accidit latius. PHI. Quid ego audio? Tu  
 ne simul uinitorem uis agere, & literarum cultorē? AN.  
 Animi causa racemos decerpemus, degustaremus e la- pulchre hos  
 cu mustum, neq; enim diutius abesse optarem, quam captādarū  
 mustum in doliā conditum deserbuisse, despumassetq; auium mo-  
 ad hæc decoqueremus saram, defrutum, ac uini ueteris dos dactyli  
 fecem. Quid, quod nobis liceret & aucupio uolupta- cis comple-  
 tem quærere, siquidem uolucres captaremus iam retibus titur Pru-  
 explicatis, iam pedicis fixis, nonnunquam uero, & ui- dentius in  
 minibus uisco illitis. PHI. Sine parentes harum rerum hymno cu-  
 curam gerant, tu si sapias, in literis te oblecta, AN. At- ius initium.  
 qui audiui magnos uiros in eiusmodi rusticis rebus ob- O crucifer  
 lectionem quesuisse. PHI. Recte, quando magnis ui- & c.  
 ris hæc sunt permittenda, nobis uero, qui nondum ultra Vide Plini.  
 primas literas progressi sumus, non itidem. AN. Semper in. 18 cap. 1  
 tu quidē meis affectibus obstrepis, non minus quam præ- & Cicc. in  
 ceptor. PHI. Quod ad me attinet, age age ut lubet, me Cato. ma-  
 certe non habebis huius tuæ stultitiæ comitem. iore.

DIALOGVS. IX.

THOMAS ET HIERONYMVS.

De authoribus proximo semestri in  
 schola prælegendis.

**Q**uid est quod illac uenis Hieronyme, aut ubi  
 fuisti? HIE. Redeo a præceptore eo, qui a lu-  
 dimagistro primas tenet, THO. Age, quid is  
 narrat



MOSELLANI.

narrat de authoribus hoc semestri prælegēdis? iam enim, sicut opinor, eorum delectum habuerunt. H I E. Habuerunt, idq; sicuti dici audio, prudenter. Nam præter utri-

**Lib. primo** usq; linguæ rudimenta, ex Fabij præscripto coniunctim tradenda, primum Terentianas Comœdias exponendas susceperunt, quod hic scriptor ex Latinis penè solus, Romani sermonis natiuam, & genuinam proprietatem re-

**In epistolis ad Atticū.** timeat, adeo, ut nec Marcum Tullium oratorum principem, puduerit ad huius exemplum orationes suas formare, deinde Marci Tullij Officia, quod is liber nō linguā solū eloquētia expoliat, sed & pectus rectis moribus in-

**In præfatione historica.** struat, unde & Plinij iudicio non legendus, sed ad uerbum sit ediscēdus. Postremo aliquot Vergiliani poematis libri exponentur, nempe, ut Augustini iudicio, optimus poeta teneris animis infixus, in omnē usq; uitā hæreat. Ad hæc, quando parum est æquum, Christianos in gentiliū libris esse totos, is diebus, quibus ferias agimus, elegantissimos simul & grauissimos hymnos Aurelij Prudentij, grauis & sancti uiri audiemus, aut si displiceat, Enchiridion militis Christiani, ab Erasmo Rotterodamo accuratissime elaboratum. Quæ si ( ut spero, Enchiridij prælectione hoc semestre nobis fore collocatum. T H O. Non in die ordinaria erit potestha. iuria hunc laudant delectum mi Hieronyme, neq; enim unquam eorum mihi placuit institutum, qui his, & id genus alijs optimis scriptoribus posthabitis, in Apuleio, Capella



DIALOGI.

Capella, & eius farinae authoribus ceteris, bonas horas Nō damna  
male collocant, qui scriptores Ciceroniana eloquentia m<sup>9</sup> hos, sed  
non contenti, sibi solis nouam dicendi rationem inuene= eis meliores  
runt, quasi nō summum sit orationis uitium, a commu= præferim<sup>9</sup>;  
ni dicendi consuetudine abhorrere. Nam qui citra dele ad stilū pa=  
ctum Catullos, Tibullos, Marciales, & huiusmodi enar= randū plus  
rant, & per hoc discipulos peregrina & prodigiosa obsunt, quā  
docent uitia, hi mihi nō uerbis sed uerberibus coercendi profunt.  
uidentur. Hi enim sunt illi poetae, quos solos e republica Legūtur hi  
sua pellendos statuit Plato. Atq; hæc non ex me dico, sed a confirma  
quod sic censentes audiuerim doctissimos pariter, et in= ti iuditiij ho  
tegerrimos uiros. HIE. Recte ergo facit ludi nostri ma= minibus, tū,  
gister, qui eiusmodi nihil in scholam suam irrepere finit. cum mores  
Sed ego iam recta hinc in bibliopolium concedam, li= sūt in tuto.  
bros, de quibus dixi, cocmpturus, THO. Nostim quanti  
hæc simul emi possint? HIE. Haud dū licitatus sum, opi=  
nor aureo nūmo, siquidē audio indicari argēteis uiginti  
quatuor. THO. Bene habet, quod non pluris uendūtur,  
alioqui, quæ mea est ægestas, coemerè non suffecissem.  
HIE. Eamus ergo. THO. Quando uis: in me non est mo  
ra.

DIALOGVS. X.

De relegenda prælectione, de ediscen=  
do, deq; enotandis ex autoribus  
loquendi formulis.

PHEDRVS, & etate & eruditione maior, cum  
fratre suo IOANNE loquitur.

B Quid



MOSELLANI.

**Q**uid tu ociosus hic desides, & nō potius præ-  
 lectionem modo auditam, relegis? IO. Relegi  
 atq; adeo bis terue. PHE. At fortasse non sa-  
 Abusus me tis accurate. IO. Accuratissime, ut totam etiam memoria  
 moria non cōplectar. PHE. An tuo te officio satis persunctū cre-  
 intellecta dis, si memoria tantū teneas, & Psitaci more Joba nō in-  
 tradentiū. tellecta præceptoris reddas? IO. Quin intelliga omnia.  
 PHE. Hui omnia? uide quid dicas. IO. Omnia inquam,  
 ut maxime tibi uideatur incredibile, atq; id ut credas fa-  
 cilius, liberum tibi est, singula quæ ad modo auditā præ-  
 lectionem attinēt, ex me perquirere. PHE. Singula per-  
 sequi in præsentia non est otium, hoc tantum quero. Pri-  
 Quid ex mum. An totam authoris sententiā, ex præceptoris in-  
 prælectiōe terpretatiōe sis asscutus, & qua quidq; ratione, quoue  
 docta sit ex consilio sit dictum, intelligas. Deinde singulas ne clausu-  
 pectandū. las expenderis. Videlicet si quam habeāt sententiā insigni-  
 nem, si quod prouerbium, si quod  $\chi\eta\mu\alpha$ , si quem tropū,  
 si quæ colorem rhetoricū, si quem locum dialecticum, si  
 quas uenuste loquendi formulas, quæ omnia enotare ope-  
 re præciū est, partim ut sit in promptu semper, quo mo-  
 res nostros, pariter & alienos corrigamus, partim ut ex  
 idoneis scriptoribus suppetant recte loquendi scribēdiq;  
 exēpla, ad quæ, crassissima illa hodie barbarisantium lo-  
 quendi consuetudine posthabita, orationē nostrā cōpo-  
 nere queamus. Postremo si quod dictum antique, si quod  
 noue, quod loquendo, si quod parum Christiane, quod ui-  
 uendo exprimere non conueniat. Hæc magister tuus, uir  
 non



DIALOGI

non solum doctus, sed & prudens inter prælegendū dili-  
 genter admonere solet, & ipse eiusmodi, cum id ætatis  
 eram, in scholis nō oscitanter excepta, domum regressus  
 partim memoriæ, partim chartis, fidis memoriæ custodi-  
 bus cōmendabam. Sensi nanq; hæc diligentia me uehe-  
 menter proficere. Qd' si fratris uestigijs insisteres, idēq;  
 faceres, iam certe nō hic, sed libris adsideres. IO. Nimis  
 multa in puero requiris. Equidem ut quod uerū est, tibi  
 respondeam, in his, quæ tu mones expēdenda, pleriq;  
 omnes sumus negligentiores. Nimirum cōtenti singula-  
 rum dictionum, quæ in contextu reperiantur, respectum  
 habuisse, uidelicet quam ex octo orationis partibus ha-  
 beant pro genere, quæ sint accidentia, cuius generis, sim-  
 plicia sint an cōposita, in quam cadant declinationem.  
 Item quæ partium sit inter sese cōstructio. PHE. Recte,  
 sed & illa non oportet negligere. Alioqui nō uideo quid  
 referat, Terentium, Ciceronem, Vergilium, & similes  
 tanta cura sine fine tractari, si non inde aliquid quod  
 uel ad recte uiuendi rationem, uel dicendi facultatem fa-  
 ciat consequamur. Ipse certe eam lectionem, ex qua au-  
 ditorum imitationi nihil accedit, nullam puto, Tantum  
 abest, ut istos probem qui scriptorum sensum exposu-  
 isse utcunq; contenti, nullam imitandi uiam discipulis  
 commonstrant. Tu uero quando præceptorem nactus es  
 doctum & fidum, fac eius tum doctrinæ, tum fidei, dili-  
 gentia tua respondeas. IO. Dabo operā sedulo, ne quod  
 ad hanc rem attinet, iure me posthac obiurgare queas.

B 2 Sed



MOSELLANI.

Sed iam. xz. horæ signum auditur, quare hinc ocius in-  
ludum contendam. DIALOGVS. XI.

Complectens formulas loquendi de ferijs.  
STEPHANVS ET LAVRENTIVS.

**Q**uem aiunt hodie apud populū in templo nos-  
tro concionaturū, mi-Laurenti? LAV. Au-  
dio quempiam e-monachis in suggestū prodi-  
turum. STE. Miror non insignem aliquem theologum  
ei negotio <sup>adhiberi</sup>, maxime, cum ingens hominum tur-  
ba hodie in hanc <sup>ad hanc</sup> eadem confluat, propterea quod sacri-  
ficus quidam nuper in sacerdotum ordinem assumptus,  
primum sacra faciet, LAV. Et mihi mirum uidetur,  
quanquam, quod ad me attinet, uellem contio quam bre-  
uissima haberetur. Etenim iam nunc uehementer esurio  
biduario iam pene ieiunio maceratus. Nā his diebus qui-  
bus a carnibus abstinetur, nūquam ab eo recte saturatus.  
STE. Duas adhuc horas edendi auiditas tibi est reprimenda,  
siquidem præter contionem, quæ horam postulat,  
scis quantum temporis in summo sacrificio Choraula si-  
bi sumat, quam etiam pene superant hæ nostræ cantio-  
nes supra modum prolixæ. LAV. Male sit istis, qui hæ-  
rum rerum nobis sunt authores. Ipse certe statim, ubi  
peractum fuerit sacrum, ad diuitum ostia citato adeo  
cursu contendam, ut si non in primis, secundis saltem,  
aut tertijs stipem accipiam. STE. Sed me uix anteuer-  
tes. LAV. Res ipsa indicabit.

DIALOGVS. XII.

Clemens



DIALOGI

CLEMENS ET REMIGIVS.

Die die a ferijs secundo, quem Martis  
uocant, confabulantur.

**V**E nobis mi Remigi, ultra <sup>longo</sup> praescriptum dormi-  
uimus, iam enim sol undique <sup>mit felle</sup> plena luce resplen-  
det, ut septimae horae signum datum liceat conijcere.

RE. Non opinor, coelum alioqui praeter morem est serene-  
num, etiamsi alias hoc die somnolentiae meae poenas non ra-  
ro dedi. CLE. Vt cunque sit, male metuo mihi a ferula,  
quare <sup>ratio</sup> occasionem aliquam, qua hodie e scholis emanere  
liceat, quera. REMI. <sup>nam iam</sup> Quam eam? CLE. Scis quid a  
nobis heri contenderit hera nostra? RE. Scio, nempe ut  
familiam hauriendis aquis iuuenus. CLE. Sed quid tum?  
RE. Haec erit rima satis idonea, p qua elabamur, qua  
obrem tuum erit ubi octavae signum auditum fuerit, quasi  
e medijs laboribus in ludum ingredi, atq; a praepatori-  
bus enanedi copia <sup>facile</sup> poscere, hac ipsa, qua dixi, causa as-  
signata. CLE. Vereor ut procedat comentum, quandoquidem  
hoc die quo funus magnificum est deducendum, & defun-  
cti manibus parentandum, uix facultatem hac dabit, &  
alioqui pauci iam adsunt qui pompam instruant. RE.  
Tentandum est, utcuq; res exeat. Ac nescio quomodo hoc  
die mihi semper inuisum est scholas adire non minus, qua  
si in pistrinum aliquod mihi redeundum sit. Credo quod  
pridiani otij sensus adhuc reliquus, si <sup>in</sup> reluctante faciat.

DIALOGVS. XIII.

BVRCHARDVS ET ALBINVS.

B 3 De



MOSELLANI.

De nuptijs, balneis, ac uiscerationibus.

**N**uptias hodie futuras aiunt Albine, tu quippiam  
 ea de re audisti? ALBI. Audiui. BVR. Dan-  
 da est opera, ut ~~et~~ nos e nuptialibus cibis ali-  
 quid acquiramus. AL. Quod ad cibum attinet, hodie ni-  
 hil moror, heri enim mihi prospexi, unde hunc diem cō-  
 mode liceat transigere, sed quod a prandio saltationē in  
 theatro spectare nō possum, hoc uero est, quod me male  
 habet. BVR. At quid uetat, quo minus spectes? AL. Ig-  
 noras forsā in hūc diem nobis pij cuiuspiam beneficio,  
 balneas gratuito condictas, a quibus abesse saltationis  
 spectandae studio, an tu putas fore consultum? BVR. Vi-  
 de, nisi submonuisses, egregie fuisset oblitus, neq; uenisset  
 in mentem uiscerationis, quae ~~et~~ ipsa in hodiernum  
 diem est constituta. Valeant nuptiae cum sponso ac spō-  
 sa, nos quae propius ad nos pertinent, curemus.

Die seel=  
badt.

Die spendt

DIALOGVS. XIII.

SYXTVS ET ALEXANDER.

De ingenij praestantia contendunt.

**F**œlix tu quidem es mi alexander, cui ingenium tam  
 foecundum, tamq; perspicax contigit. ALEX. Est  
 nobis, Christo Deo gratia, nō omnino infœlix, sed  
 tamen nō tantū, quam forsā tibi uidetur. Fit enim, nes-  
 cio quo modo, ut nostri nosmet pœniteat, aliena fere sus-  
 piciamus. SYX. Et tu quantum audio, aliquid insuper  
 desyderas. ALEX. Quid ni? quando memoriam mihi  
 sentio omnino fluxam, ~~et~~ parum tenacem, nam, ut faci-  
 le que



DIALOGI.

De qua traduntur percipio, ita non sine maximo negotio  
 percepta retineo. SYX. At ego difficulter intelligo,  
 uerum semel intellecta, diutissime referuo, & ut uideo,  
 tibi cereum est ingenium, mihi uero saxeam Care  
 quiduis facile impresseris, at impressum uestigium, sta-  
 tim euanescit, saxo tametsi quid non sine labore inscul-  
 pitur, semel tamen insculptū, multis seculis durat. AL.  
 Recte plane refers, sed hoc me male habet, quod uide-  
 as plerosq; ingenio numeris omnibus foelicissimo prædi-  
 tos, ac uicissim moribus adeo turpibus, ut nō inepte dixe-  
 ris, eorū ingenia male habitare. SYX. Credo dicteri-  
 um hoc uetus esse, & olim de Galba, homine ad prodigi-  
 um usq; deformi, dictum, sic enim audire commemini.  
 ALE. Probe, sed nec ipse opinor, inepte huc detorsi.

Vide Ma-  
 cro. in Sa-  
 turna. de di-  
 cterijs.

DIALOGVS. XV.

SERVIVS ET SVLPITIVS.

De signo tintinabulorum, deq; immodico somno.

**Q**uamuis surgis Sulpiti, iam tintinabula ultimum  
 dilucularis sacrificij signum dederunt, & non  
 ignoras, quanta hominum frequentia hoc sa-  
 crum peragatur, ut flagitium plane sit, nos in tempore  
 non adesse. SVL. Iamiam surgam, tametsi caput adhuc  
 sopore graue sentio. Utinam liceret ad facietatem usq;  
 dormire, imitarer certe hodie Horatianos illos iuuenes,  
 quibus pulchrum uidetur, in medios dormire dies. SER.  
 At ego te diutius nō operior, ne hæc mora mihi plagas  
 lucrifaciat. Ego hinc abeo, tu, quando lubet sequere,

Die frumes

In Epistola  
I.

piant  
 Dan=  
 ali=  
 ni=  
 cō=  
 nē in  
 male  
 Ig=  
 icio,  
 ionis  
 Vi=  
 nis=  
 num  
 pō=  
 tam  
 Est  
 sed  
 es=  
 sus  
 ber  
 ihi  
 ci=  
 ue





MOSELLANI.

aut tuo periculo dormi. SVL. Iam iam te comitabor, ne festina tātoperc. SER. Nihil moror, nūc nō est nugandi locus, a prandio uero, ubi pro more nobis a studijs remissio data fuerit, nugabimur. DIALOGVS XVI.

HENRICVS ET FRIDERICVS.

De ludendi ratione agunt.

**T**V nobiscum pila ludes Friderice? an eū istis cursu maius certare? FRI. Mallem cum uno & altero iucundo sodali deambulatu ire. HEN. Quin tu ante paulisper pila colludis, postea & nos una tecum deambulabimus. FRI. At ego huiusce ludi non admodū sum peritus, nam neq; caute pilam mittere, nec missam manu satis certa excipere sufficio. HEN. Nihil est, quod hac gratia sis sollicitus, ipsa rei exercitatio satis, quid facto opus sit, admonebit. Quod si hinc modis omnibus abhorres, age, ludum minoris negotij, nempe globularem, incipiamus. FRI. Quando ita uultis, non recuso, tametsi, praeter risum spectantium, nihil me lucraturum scio. Siquidem ubi decies aberraro, uix semel tandē ferio, idq; casu magis quam arte. HEN. Non magni refert in hoc certamine, uincas an uincaris, neque enim caput agitur, aut pro pecunia certatur.

Der keulch  
en spülen.

DIALOGVS. XVII.

IULIANVS ET DAMIANVS.

De questionibus commissorum, quae die  
Veneris in ludis exercentur.

O no



## DIALOGI

**O** Noster Damiane, adest rursus dies, quē ego non minus nobis nefastū & execrandum puto, quam olim Romani illum, quo in Cannensi pugna, tot Romanorū milia ab Hannibale sunt trucidata. DAMI. Quid ita? Num mali aliquid huic scholæ ex hoc die impendet? I V. Et tu nescis, præsertim tot annos in ludis uersatus? D A. Qui scire possim scholæ huius consuetudinē, nuper admodū huc pfectus? I V. Questiones hodie fiunt in ludo nō aliter, quā quadam carnificina. D A. Quid narras. I V. Vera quidē, nam de singulis, quæ per totum septimanæ cursum, quoquo modo cōmisimus, hodie quisq; pro se pœnas dare cogimur. D A. At qui scire possunt præceptores, quæ singuli nos designemus? I V. Arte quadam omnia expiscantur, ut nihil illis occultum esse possit. D A. Quid ita? Nūc diuinationum sunt periti? I V. Minime, sed alia uia eodē perueniūt. Nam aliquot clanculū in hoc selectis, pūnciam dant, nos suos cōmitones deferendi prodendiq; ut nusquā quicquā omnino tuto agere queamus. Semper enim uerendū, ne quispiam ex eiusmodi Corycœis nos auscultet, et lupus sit in fabula, hoc est, ille ipse nobis ignorantibus adsit, qui quasi cōductitius proditor, omnia ad præceptorē deferat. D A. Hoc illud forsā est, quod lupum audio appellari, nam nomē solum in ea schola, ubi ante egi, iactabatur. I V. Is ipse est clancularius lupus, quem nos miselli non minus odiosum habemus, quam feram illam quadrupedem horrent oues. D A. Vereor ne & nos hodie deferat, quā

B 5 obrem

*Amicus sibi an magis*  
Vide Pro-  
uer. Eras-  
mi.

Lupus.



MOSELLANI.

obrem cogitandum mihi est, ut si forsitan reus fuero, uel me expurgem, uel quam minima poena defungar.

DIALOGVS. XVIII.

PETRVS ET PAVLVS, grauitè ferunt desiderium  
(feriarum, deq; capite lauando agunt.

**Q**uam uellem huc diem abijisse, ut a tot totiq; septimanae laboribus, ac etiam bidui fame, ad ferias demum, & carnes liceat redire. PAV. Impatiens es moræ mi Petre, qui cum totam penè septimanam expectaris, diem dimidiatum durare non potes. Quid autem facies ubi totis quadraginta diebus a carnibus est abstinendum.

PE. Recte quidem obiurgas, sed nescio quomodo, quanto uiciniores sunt feriae, tanto magis earum me premit desiderium, sed nunquid aliud dicere uis? Nam ego hinc me in tonstrinam cōferā, caput lotionè curaturus. PAV. Et ipse lauandum caput exhiberem, si lotionis mercedē tonsori persoluere possem, nunc autē tantum habeo nummum. PE. Sat est, nec ipse pluris lauo, tametsi raro hofacio sumptus, nam per anni circulum uix sexies lauo. PAV. At sepe caput a sordibus repurgares, aiūt enim corporis emundatiōe & ingenium nitidius, quasiq; purgatius reddi. PE. Sic quidem fertur, idq; propterea, qd̄ scientiarum sedē in capite, utpote rationis domicilio, collocant, quare ocyus eamus. PAV. Quando lubet.

DIALOGVS. XIX.

GEORGIVS ET CONRADVS.

De canticis, deq; ferijs diui Martini.

Age



DIALOGI.

**A** Ge mi Conrade, quo cantico per hanc hyemem stipem colligemus? Etenim in hac urbe mos est, ut scholastici aliquot cōiunctim cōpositis in hoc cantilenis, diuitū cōuiuia exhilarēt. CON. Tuū hoc fuerit disquirere, qui rei musicæ peritiam habes, quiq; huius scholæ cōsuetudinē melius quā ego, tenes. GEOR. Quādo in me hanc curā reijcis, aliquid minime uulgare dispiciam. Sed dic ab hinc octauo quid fieri soleat, nosti? CO. Dic quid, GEOR. Erunt tum feriæ præcidaniæ diui Martini. CO. Quid tum? GE. Est tunc messis nobis scholasticis uberrima, siquidem in eius diei uespera, non esculenta solum nobis largius solito dantur, sed et stipem egenis dari hostiatim est receptum. CO. Bene mecum agetur, quandoquidē corrasurum me spero, quo hycem commodius transigere ualeam. GE. Ita spero quidem, quare ad tempus, ut præsto sis, uide.

DIALOGVS. XX.

MARTINVS ET VALERIVS.

De ieiunij uiolata religione, deq; diuæ Cathæ-  
rine studiorum præsidis, numine.

**Q** Vid agis omnium impurissime? VAL. Quid adeo in me stomacharis, qui aliud facio nihil, quā quod ientaculum capio. An tu ientaculū perinde ducis, ac piaculum? MAR. Quasi non sat graue sit piaculū in homine Christiano, ieiunij religionem uiolare. VAL. Et hodie est indictum ieiunium? dic quo nomine? MAR. Sceleste, nescis has ferias beatæ Cathæ-  
rine



MOSELLANI.

*gloriosa*  
rime, artium <sup>in</sup>præsidi, agendas? V A. At non putarant  
præcidanas has <sup>in</sup>ferias ex ecclesiæ <sup>in</sup>stituto sacras. MAR.  
Quid tum? <sup>in</sup>consuetudo recepta est pro lege, & ut nul-  
la sit <sup>in</sup>cōsuetudo, nobis tamen qui <sup>in</sup>literas sectamur, quib⁹  
hæc <sup>in</sup>uirgo præsidet, hie dies <sup>in</sup>ieiunio religiosissimo fu-  
erat <sup>in</sup>colendus. V A. Ieiunabo ergo deinceps, uel hoc  
sumpto ientaculo, neq; enim <sup>in</sup>lautū spero prandium, &  
ut uulgo dici audio, bis <sup>in</sup>interdiu male pasci, pro ieiunio  
est. Tametsi, ut tibi <sup>in</sup>me aperiā, hætenus Christum ue-  
rum <sup>in</sup>sapientiæ præsidem putauī, ut qui <sup>in</sup>sapientiæ nomi-  
ne <sup>in</sup>subinde in ecclesiasticis <sup>in</sup>contioibus celebretur. MAR.  
Nova quædam <sup>in</sup>inducere conaris, at ego <sup>in</sup>communi omni-  
um <sup>in</sup>uia ingredi malo. V A. Non audisti illud Pythago-  
ræ, <sup>in</sup>Per publicam uiam ne ambules? MAR. Molestus  
es, <sup>in</sup>tu tuum, ego meum iter ingrediā.

Erasmus in  
ter prouer.  
retulit.

DIALOGVS XXI.

HIPOLITVS ET CLETVS.

De frigoris iniuria quæruuntur.

**Q**uam sunt <sup>in</sup>foelices, quibus per opes iam licet  
domi <sup>in</sup>ad caminum, aut <sup>in</sup>calesfactum hibernaculū  
adsidere. CLE. E diuerso quam nos <sup>in</sup>infœlices,  
qui <sup>in</sup>miseri nullis pellibus, immo nullis <sup>in</sup>penè uestibus ad-  
uersum <sup>in</sup>frigoris iniuriam armati, per <sup>in</sup>medios hymbres,  
niues & <sup>in</sup>glaciem, <sup>in</sup>hostiatim querere uictum cogimur,  
Sed solatur me illud <sup>in</sup>Flacci.

Qui cupit <sup>in</sup>optatam <sup>in</sup>cursum <sup>in</sup>pertingere <sup>in</sup>metam,  
Multa <sup>in</sup>tulit <sup>in</sup>fecitq; <sup>in</sup>puer, <sup>in</sup>sudauit & <sup>in</sup>alsit,

Abstinuit



DIALOGI

Abstinet Venere & Baccho, qui Pythia cantat.  
Alioqui, si similis esset exitus illorum & noster, non esset  
cur non iniuriam deum dicere, qui tam inique res humanas  
administraret? HIP. Quomodo taces, ne quid ferotius in Deum

DIALOGVS XXII.

(essutias.)

STATIVS ET LVCANVS.

De ferijs diui Nicolai, de quo creando Episcopo.

Vid tu nobis adfers noui mi Lucane? L V C A.

**Q** Nihil, sed in hoc te conuenio, ut de communibus  
studijs fabulemur. STA. Gratus ergo mihi tuus  
est aduentus, adside huc nobis. LV. En adsideo, scis  
quid in Diui Nicolai ferijs apud nostrates fieri soleat?  
STA. Qui ipse possem scire, cum illic fuerim nunquam.  
LV. Dicam ergo paucis. Qui ludum illic literarium frequen-  
tant, ex ludimagistri praescripto quempiam e suo  
grege episcopum creant, cumque magna pompa domum de-  
ducunt, & statim tempore in templum reducunt. STA.  
Quid commodi inde capit nouus ille & factitius Episco-  
pus? LV. Nescio nisi quod conuiuio tandem (nescio cuius  
sumptu instructo) excipitur, & tum lautissime  
tractatur. STA. Non interim, dum est in magistratu uaca-  
tionem a discendi munere habet, aut aequae ac caeteri, ma-  
num ferulae subdit? LV. Aequae omnino, adeo ut non sit  
magis Episcopus, quam sunt hi reges, qui in Tragedijs  
Agamemnonis, aut Priami personam gerunt. STA. Eius-  
modi honorem mihi ne optarem quidem.

DIALOGVS. XXIII.

Iacobus



MOSELLANI.  
IACOBVS ET THOMAS.

De varijs spectaculis colloquuntur.

Vid cras sit futurum audistin? THO. Nihil equidem, nisi que alias fieri consueverunt.

**Q**

IACO. De spectaculis nihil? THO. Nihil

plane, num edentur aliqua? IACO. Edentur, & quidem

uaria, nam funabulos duos adesse audio, qui cras sui ar-

tificij miraculum ostentabunt. Tum Sarmatas aliquot

uidi ipse, qui immanes ursos ad exigua stipē iuxta lituo-

rum cantus saltitantes exhibebunt. THO. Curabo quo-

quo modo, ut & ipse intersim, etiam si me ipse intrude-

re debeam. IACO. Vix poteris, quandoquidem qui non

numerant, foras quatiuntur. THOM. Fallam ipsos

ianitores. IACO. Ad hac princeps ipse in foro paria

aliquot equitum exhibebit, qui inter sese infestis hastis

cōcurrent. Post quos circum ingredientur item equi-

tes a calce ad ueryicem usq; armati, quos cataphrattos

uocant. Hi cateruatum sine ullo, aut ordine, aut arte,

alius in alium irruet, & se mutuis ictibus ab equis deici-

ent. Nam in hoc circus undiq; est circumseptus, & ne

qui ceciderint, grauius ledantur, fimo instratus. THO.

Quam, queso te, uoluptatem, extam furioso, & mini-

me iucundo certamine capiunt isti? IACO. Quid? nul-

las nō lauticias præ hac uoluptate contemnunt, præter-

quam quod hoc tyrocinio ad serios hostium congressus

preparantur, & quasi animantur. THO. Vtcunque sit

spectabo & ipse, quo modo res agatur.

Stechen vñ  
rennen.  
Tornier.

Dialogus,



DIALOGI.

DIALOGVS. XXIII.  
CONRADVS ET AEGIDIVS.

De ieiuniorum ratione differunt.

**M**ale sit istis, nescio quibus, qui totum penē annū  
ieiunijs <sup>exsuperant</sup> onerarunt. Neq; enim satis fuit eis qua-  
draginta dies perpetuo CHRISTI ieiunio esse  
sacros, nisi in super quarta quāq; anni parte, aliquot di-  
es nos <sup>et fecerunt</sup> macerassent. Instat rursus septimana per absti-  
nentiā <sup>paratissima</sup> transigenda. Quod si mihi tāto apparatu prae-  
dium <sup>eorum gestant</sup> apponeretur, quanto illis, qui ieiunia haec induxe-  
runt, non admodum grauatim eis parerem, nūc cum uix  
toto anno semel <sup>venit</sup> rugientem stomachum <sup>infectis</sup> exaciem, adhuc  
ieiunijs uexor. AEGI. Quid ita stomacharis Con-  
rade, in sanctos Ecclesiae patres? qui haec omnia bono  
animo <sup>habere misit</sup> statuerunt, non nobis, qui haec nec <sup>proferre</sup> prestare per-  
etatem adigimur, nec per inopiam possumus, sed sui si-  
milibus, hoc est, diuitibus istis & delicatis. CON. Qui  
scis haec? AEGI. Superiori anno ē quodam concionato-  
re <sup>ante festum</sup> audiui, qui diuo Hieronymo, quanquam acerrimo ieu-  
niorum exactori, displicere aiebat, maxime in teneris <sup>in epistola</sup>  
etatibus, longa & immoderata ieiunia. Ne, quemadmo-  
dum ipse scriberet, ante pedes deficiant, quam curre-  
re incipiant, quare tantum ieiuniorum modum <sup>est</sup> imponē-  
dum, quantum ferre poterimus. CON. Habeo gra-  
tiam diuo Hieronymo, qui pauperibus nobis, & impa-  
tenter esurientibus <sup>prohibet</sup> patrocinator.

DIALOGVS. XXV.

Penius



MOSELLANI.

PENIVS ET FRANCISCVS.

De ferijs natalis CHRISTI confabulantur.

**E**T gaudeo & doleo mi Francisce, Festa hæc natalitia appetere. Gaudeo quidem, quod hæc feriæ omnia læta & festiua secum apportāt, doleo autem quod scholasticis nobis in addiscendis horum festorū cātionibus, grandis est exhauriendus labor, Præterea totis diebus in templis alendum, postremo & illud uereor, ne si matutina sacra alto nimis sopore detentus, neglexero, & plagas mihi lucrifaciam. FRAN. Vera sunt hæc quæ dicis, attamen quando hanc conditionē accepimus, aduigilandū nobis erit, & omnia fortiter perferēda, Nā & peiora his passi sumus, Dabit Deus his quoq; finē, Ut taceam, hos nostros labores in pietatis cultum cedere, Certe plus satis delicati essemus, si non tantum molestiæ uel pro solo CHRISTO deuoraremus, cuius respectu, tot infantū innocens ætas, crudeles barbarorū militum gladios est perpeffa, cuius rei memoria & his ferijs coniuncta est, PENI. Sed illud quæso, quid sibi uult, quod sacrificuli in diui Ioānis ferijs popularibus, uinum e sacro calice propināt? FRAN. Nescio equidē, nisi quod audiui hoc poculū, utpote sacrū, antidoti uice esse contra ueneni pericula. PENI, At ego nolim hac fiducia cicutam bibere, quantūuis sit hoc poculū, ut dicis, sacrū.

DIALOGVS. XXVI.

BRVTVS ET PETRVTIVS.

De noui anni ingressu loquūtur, deq; missitādis strenulis  
Faustū



DIALOGI

**F**Austu annum hunc nouum & foelicē tibi precor  
 mi Petrutī. PE. ET ego, ut cum foenore tibi repo-  
 nam, nō hūc solum qui iam ingreditur, sed omnia  
 totius uitæ tempora, beata tibi opto. BRV. Tametsi mal-  
 lem strenulam mihi potius dares, quam magnificā illam  
 & solennem imprecationem. PE. At quas strenas dare  
 possit Petrutius, qui præter pauculos libellos habet pla-  
 ne nihil? BRV. Libellum quempiam dares, quando belle  
 quadrat, ut homo literis deditus, literarium quoq; det  
 munusculū, Pe. Verū hac liberalitate studiorū meorū ia-  
 cturā facerē, quod nec ipse, si modo amicus es, nobis sua-  
 debis. BRV. Iocabar tecū, & te, quid animi haberes, uo-  
 lebam pertentare, cū has cōsuetudines, nec ipse magni-  
 faciā, ut qui iā sæpe audiuerim eas nobis e gentilitate re-  
 lictas. Cuius generis esse audio, quod in quibusdā Christi-  
 ani orbis regiōibus, pridie feriarū, quæ tribus Magis sunt  
 sacræ, singulæ domus singulos reges creant, Nam hæc  
 omnia ex Ethnicorum saturnalibus, in hæc usq; tempo-  
 ra defluxisse apparet. PE. Quia trium Magorum men-  
 tionem fecisti, uelim, sicubi aut audieris, aut legeris ipse,  
 mihi expedias. Primum, quid sibi uelit, quod eos diuos,  
 alij reges, alij magos appellant, Quod posterius ego de  
 solis maleficis & præstigiatoribus dici putabam, Nam  
 utrunq; ut nosti, in sacris canimus, deinde cur hæc feriæ  
 greco uocabulo ἐπιφανεῖα <sup>varii ueniunt</sup> nuncupentur. BRV. Di-  
 cam quæ super hac re, partim ex præceptore dictante,  
 partim concionatore superiori anno excepi. Principio  
 C magorum

reges et magos

ata  
om  
tem  
cā  
totis  
eor,  
lexe  
hac  
mus,  
Nā  
Vt  
ere,  
estia  
ctu,  
tum  
con  
quod  
sa  
quod  
con  
ucia  
crū.  
iulis  
ustū





MOSELLANI.

magorum appellatiōe Chaldæi, nō ut uulgi putat, præ-  
 stigiatores, sed uiros sapientes nuncupant, & secretorū  
 naturæ conscios, quorum professio a quibusdā etiam La-  
 tinis <sup>magia</sup> magia naturalis dicitur. Sed quia hæc res finibus su-  
 is non contenta, temporis progressu in curiosam quan-  
 dam demonū imposturā est delapsa, cœpit honestissimæ  
 artis uocabulum probro esse. Quod autē ijdem hi reges  
 in Psalmi propheta dicuntur, non sic est accipiendum  
 ut hodie sunt reges, hoc est, tot ditionum potentes, sed  
 qui quoquo modo magistratum gerunt, suntq; numero  
 uulgi exempti. Quo modo & Hesiodus corruptos iudi-  
 ces & aduocatos βασιλεας δωροφαγους appel-  
 lat. Porro apud ueteres theologos græcos, ut Gregoriū  
 Nazianzenū audio ipsa natalitia festa ἐπιφανεία di-  
 ci cōsueuisse, quod in his Deus homo apparuerit. Verū,  
 quod & magorum <sup>magia</sup> ferias hoc uocabulo celebrant, hinc  
 opinor esse, quod illis dux stella apparuerit. Habes quæ  
 ego de hac questione audiui. Plura si uis, ex doctioribus  
 require.

DIALOGVS XXVII.

VALERIVS ET NICOLAUS.

De cæreis in ferijs beatæ uirginis gestandis agunt.

Vid tu cæreum non habes mi Nicolae? NICO.

**Q**Uæ uide haberem, qui nec pecuniam qua uictum  
 emere possim, habeo? Sed si domi apud meos  
 agerem, nugas eiusmodi mihi pararet mater, VA. Et tu  
 nugas uocare audes res sacras? NICO. Quid ni? neq;  
 enim statim fuero hæreticus, etiam si nullum gestem cæ-  
 reum



## DIALOGI

reum, maxime cum non sit unde emam, tum & CHRIS-  
TO putarem longe fore gratius, si sumptus, quos ce-  
reis emendis facim<sup>9</sup>, in pauperum usus conuerterentur.  
VA. Atqui est hæc laudabilis consuetudo. NICO. Est  
omnino, sed nõ adeo, ut præ ea, meliora & magis Chri-  
stiana officia negligi debeant. VA. Recte putas, nam  
& ipse sepe stultam muliercularum pietatem risi, quæ  
suffigendis etiam quotidie cereis triginta sex, adeo sibi  
placent, ut per hoc coelum se demereri credant, quan-  
tumuis fortiter in plateis pauperes esuriant.

DIALOGVS. XXVIII.

FABIANVS ET FRANCISCVS.

De Bacchanalibus Christianorum fabulantur.

**Q**uid cause est Francisce, quod heri ludum non  
es ingressus? FRAN. Grauius ex capite labo-  
rabam, ut lucem ferre non possem. FA. Belle  
morbum excusas, quando uulgare iam est scholasticis,  
si quando uel discendi sudorem horreant, uel ferulam me-  
tuant, ignauiæ suæ ualetudinem prætexere, ut scholasti-  
cus morbus pro assumulato & cõficto, iam pridem in pro-  
uerbium abierit. FRAN. Quid alij faciãt nescio, certe  
quod ad me attinet, mallet decies ferulam pati quam se-  
mel in eũ dolorẽ recidere, etiãsi uix dum plane reualui.  
Sed quid tute iam hic uersaris? an non hora iam est præ-  
ceptoribus auscultandi? FA. Est, sed ob hæc Christiano-  
rum quasi bacchanalia, tridui missionem nobis dedit præ-  
ceptor. Vetuit tamen graui, si quis dicto audiens nõ fue-

C 2 rit.



MOSELLANI.

rit, proposita poena, ne quis opificū istorū manuariorū exemplo, larua personatus, uicatim cursitet, quod hęc infania cum bonis omnibus, tum maxime Christianis sit indigna. FRAN. At ego iam dudum laruam in hunc usum domi inclusam adseruo. FA. Vide quid agas; nam de laruis cautum est. Porro cōpotatiōes, & contiones ciuiles indulsit. FRAN. Par endum erit, alioqui post im-  
permissa gaudia fortiter plorabimus.

DIALOGVS XXIX.

VITVS ET SEVERVS.

De ieiunio, deq; confessione quam uocant.

**Q**uid istud portēdit Seuere, quod ita cogitabū-  
dus inambulas? nam mihi arduū quiddā medi-  
tari uideris. SEV. Rogas? quasi nō ipsum hoc  
tempus te, quid agerem, docere possit. VI. Ieiunijs ergo  
crebris te maceras, ut eiusmodi faciē exhibeas? SE. Mi-  
nimo, sed quę parum religiose in Deum conditorem, ac  
eundem liberatorem male gratus admisi, ea nunc in me-  
moriā reuocare studeo. Iā enim tempus simul, ac eccle-  
siae edictū postulat, ut peccata nostra diligēter excussa,  
tutis sacerdotū auribus censenda deponamus, quo ab eis  
de peccatorū ratione edocti, uidelicet, quęq; leuia, quę-  
q; grauias sint, deinceps cautius uiuamus. VI. At incuri-  
us ego, ne semel quidem adhuc de re tanta cogitauī. SE.  
Hac ratione nihilo es melior, quin mature nobis hoc mu-  
nere defungendū est. Nimirū ut hoc cōfitendi onere, quo  
nullū est grauius, liberati, diuī Gregorij studiorū presi-  
dis,



## DIALOGI

dis, ferias agamus expeditiores. VI. At istis ferijs quæ so-  
 te, quid tandē agitur? SE. Quia is diuus studijs, ut dixi,  
 præsidere putatur, pueri qui suā etatem in literis agere  
 uolunt, eo die in hanc nostram militiā nomina dant fau-  
 stis, ut <sup>omnibus</sup> ominantur, <sup>origeris</sup> auspicijs. VI. Et quando hæ erūt fe-  
 riæ? SE. Die, sicut opinor, abhinc decimo. VI. Quan-  
 do ita suades, & ipse mihi oricularium sacrū (sic enim  
 uocant nonnulli eruditi) queram, in cuius sinum mea  
 delicta effundam. SE. Si lubet, eum accedendi dabitur fa-  
 cultas, quem ipse iam semel atq; iterum diligentem sum  
 expertus. VI. At ego mallem oscitantem aliquem, quem  
 non magno negotio in aliquot criminibus fallere possem.  
 SE. At hoc non est Christianum agere, sed uulpinam  
 fraudulentiam referre, uerum tu uideris.

### DIALOGVS. XXX.

#### MARCELLVS ET ANTONIVS.

Alue Antoni. ANT. Et tu mi Marcelle. M A R.  
**S** Quid est quod ita discurras? quem queris? AN.  
 Quero qui mecum rus eat, mihiq; in emendicandis  
 ex more ouis sit socius. M A R. At hæc cōsuetudo praua  
 est, & indigna eo, qui se liberalibus studijs addixerit.  
 Quid enim seruilius, quā decem ouorum gratia agrestiu  
 caulas ostiatim obambulare, ac interim domi lectionū  
 iacturam facere? ANT. Sed unde famem pellam, si non  
 cibos undecunq; conquirere licet? M A R. Hic in urbe  
 quantum naturæ satis est, nancisci potes, Nam quorū  
 beneficio totius anni uictū conquiris, eorundem benigni-



MOSELLANI.

tate & paucos dies transigere posses. ANT. Frustra te appello, seuerior es, quam ut tecum rem habere uelim. Ipsa es sapientia. MAR. Age age, ut lubet.

DIALOGVS. XXXI.

PAVLVS ET LVCAS.

De sanctorum communionem colloquuntur.

**O**bscuro te mi Luca, modis omnibus nos excutiamus, atq; ab omni peccatorum sorde poenitentiae scopis repurgemus, ne ad tanti principis, qui semel nutu nos perdere potest, mensam, illotis quasi manibus accedamus, & panem illum coelestem, ac admirandum, polluto ore, imo & animo sumamus, de quo heri tam pia, tamq; frugifera disseruit ludimagister. LV. Equidem pro mea uirili ad hoc enitar, sed rogo, quid nam de hoc mysterio disputauit praceptor? Nam ipse non interfui. PAV. O miserum qui talia negligis. LV. Adesse non quiui, alibi occupatus, quamobrem uehementer oro & obtestor, ne mihi rem adeo salubrem inuideas. PAV. Aiebat tantam esse uirtutem huius admirandi cibi, ut qui eo rite uescerentur, fierent unum corpus atq; unus spiritus cum Christo, sicq; in Deum, Deiq; filium abirent. Sed si quis impurus contingat, eum non salutem, sed extremam animae perniciem sibi inuenire. Hortabatur ergo nos omnes, ut his diebus peccatores cum Christo in cruce moreremur, quo foelicius & synceriori cum gaudio, una cum eo in uitam transeamus. Hoc enim dicebat significari per hac appetentia nunc festa, quod pascha











DIALOGI

Basili, ubi fertum hoc nummo mihi coemi. B A. At in  
 quem usum? GRE. Animus est eam coronam capiti im=  
 positam gestare. Nonne tibi uile uidetur, tot rosas uni=  
 eo numulo parari? BA. Et te tantum asinum non pudet  
 puerorum ritu coronatū incedere? GRE, Puderet? grā=  
 des natu, & cani etiā hic gerunt. BA. Nihil ergo sunt  
 grauiore, forsā hūc morem a græcorū mollitie sump=  
 serunt, quos apud Homerū subinde καρχηνομοῦντας  
 audio dici. GRE. Vnde sumpserint, equidem nescio, hoc  
 scio quod gestant. BA. Num solas rosaceas gerunt, an  
 & uolaceas pariter & liliaceas, aut etiam rosmarino,  
 uel amaraco intertextas? GRE. Omnis generis flores,  
 ac odorama concinnant. BA. Faciant ut lubet, ego  
 nihili pendo istas nugas, tantum abest, ut precio emere  
 uelim, quod si pecunia superesset, uernū butyrum emere  
 re malim, hoc enim in alimentum cederet, cum fertorū,  
 si odorem excipias, nullus plane sit usus.

DIALOGVS XXXV.

RAPHAEL ET SEVERVS.

De ferijs diui Urbani confabulantur.

Vinam alas mihi sumere liceret, ut hinc domum  
 auolare possem, etenim nimis quam cupio cras=  
 tinū diem in patria transigere, quam facultatem  
 magno emere non recusarem. SEV. Quid hic sibi uult?  
 tute homine exuto in uolucrum mutam uis degenerare?  
 aut quid noui accidit, quod tam repentinū tuum iter ex=  
 postulet? RHA. Rogas? nescis cras ferias agi diui Urba=  
 C 5 ni



MOSELLANI.

ni? SE. <sup>fr</sup>Novi, sed quid tum? RHA. <sup>orbam</sup>Hunc diuum eodem  
<sup>per mit abspicere</sup>pene ritu, & <sup>or</sup>ijsdem cerimonijs colunt nostrates, quibus  
<sup>fr</sup>ethnici olim Bacchum, ut quæ illis erant Bacchanalia,  
 nobis pene sint Urbanalia. SEV. At in quem usum faci-  
 unt hæc Christiani? RHA. Putant hoc diuo sic placato,  
<sup>bestia gerantur</sup>foelicius prouenire uuas. SEV. O stolidos homines, qui  
<sup>ant faplori</sup>sanctorum numina <sup>in his</sup>crapulis, ac <sup>ant misistis</sup>compotationibus demer-  
<sup>ant</sup>eri se credunt. Cū illi abstinentia & sobrietate princi-  
 pi Deo placuerint. DIALOGVS. XXXVI.

CORNELIVS ET GVILIELMVS.

De commodis ac molestijs uariorum  
 temporum differunt.

**V**T nihil est usq; ex omni parte foelix. GV. Quid  
 stomacharis tecum mi Corneli? COR. Non iu-  
 re stomachor, qui me tot malis in hoc immundo  
 mundo obnoxium experior? GV. Quid est, de quo præ-  
 ter cæteros adeo quæri possis, nisi forte paupertatem in-  
 ius uocas. COR. Quasi hoc solum sit malū, etiamsi gra-  
 uissimū, uides, & opinor, sentis, ut nihil nō sit aduersum,  
 hybernis temporibus frigore concutimur, nūc æstus, &  
 caniculæ rabies nos excruciant. Interdiu quidem ob an-  
 nonæ caritatem, & nostram paupertatē fame ac siti la-  
 boramus, ut taceam interim, nusquā nō culices & mus-  
 cas nobis obuolantes, & corpusculum exugentes, nocte  
 uero cum cimicibus ac pulicibus bellum gerimus. Ad hæc  
 miseros exterrent, iam fulgura, iam fulmina, iam toni-  
 trua. Mox & autumnus sexcēta morborum genera ef-  
 fundet.



DIALOGI.

fundet, nonnunquam morborum omnium pestilentissimam  
 pestem. Adde quod huius temporis occasione plerique nos-  
 tri ordinis, dum stulti frigida lauare uolunt, in rapidis  
 & profundis fluminibus, capitis iacturam faciunt.  
 GV. At tu naturæ parum gratus, incommoda quidem, quæ  
 secum adferunt aestiui menses, accurate recensens, commo-  
 da uero, quæ simul præstat, præteris. COR. Quæ ea  
 sunt quæso? GV. Rogas? Primum nec igne, nec uestibus  
 admodum est opus, deinde tempus hoc tot frugum gene-  
 ra donat, siliginem, triticum, hordeum, tot legumina, fa-  
 bas, pisa, uicias, tot poma, pyra, pruna, mespila, nuces,  
 iuglandes, auellanas, castaneas molles, racemos, super  
 omnia uero dulcissimum mustum. An hæc parua tibi ui-  
 dentur aestatis, & autumnii munera? uideris mihi ex eo-  
 rum esse grege, de quibus Seneca eleganter dixit. Ne-  
 mo beneficia in Calendarium seribit. Postremo cogitan-  
 dum semper sic placuisse naturæ conditori Deo, ut in  
 hoc mundo nihil sit hominibus omni ex parte beatum,  
 quo uidelicet ex his mundi perturbationibus ad aliã pa-  
 triam aspiremus.

DIALOGVS.. XXXVII.

PANDVLPHVS Ludimagistri minister, HIERO-  
 NYMVS Scholasticus, LVDIMAGISTER. Con-  
 sultant in quam potissimum Academiam studioso sit cõ-  
 migrandum.

PANDV.

**Q**uid tu hoc ante hostium Hieronymi, aut quid  
 hic tibi negotij est? HIE. Ludimagistrum cõueni-  
 re uolebam. Sed pulsare cunctabar, ueritus ne  
 intempestiue



MOSELLANI.

intempestiue fortasse uenire, quare te pro ueteri nostra  
 consuetudine rogo, ut hic me ad stare significes. PAN.  
 Faciam, tu hic tantisper morare, dum quid reru fit huic  
 renuncio. Here, quod inuunxeras, <sup>in me uolens</sup> diligenter est curatu.  
 LVDI. Bene factum. At qui is est, qui cum pro foribus  
<sup>loquitur</sup> fabulantem te audiui? PAN. Scholasticus quidam, nomi-  
 ne Hieronymus, tibi familiariter notus, qui te, si modo  
 tempestiuu est coram alloqui cupit. LV. Introuittatur,  
 iam nunc quid uelit, conijcio. HIE. Salue humanissime  
 preceptor. LV. Et tu saluus sis optime adolescens, sed  
 quid est, quod me uelis? HIE. Paucis dicam. Quia iam  
 bienniu te in hoc ludo docentem audiri, utriusq; litera-  
 turae prima rudimenta tua ope <sup>primis</sup> utcuq; percepi, hortatur  
 nunc me tum parens, tum etiam haec mea etas maturior,  
 ut hinc in academiam aliquam ad uberiore ingenij cul-  
 tum capiendum me conferam. Hoc ut foeliciter facia, tuo  
 consilio opus est, nam inter tot, ut uocant uniuersitates,  
 quot iam olim sunt instituta, <sup>quod in uisum est</sup> et hodie passim nouae ex-  
 griuntur, mihi eiusmodi rerum ignaro, difficile plane est  
 eius, quae omnium sit instructissima, et meis studijs ac-  
 commodatissima, delectum habere. LV. Prudenter hic  
 deliberas Hieronyme. Sunt Academiae, idq; in Germania  
 quas uehementer probem, sunt item <sup>omnes huius</sup> quas cupia uel om-  
 nino non esse, uel in totu immutari. Ut enim in re militari  
 duci dux, et militi miles, ut in repub, senator senatori, et  
 ciuis ciui, artifex artificio, ut deniq; homo homini, sic scho-  
 la schole, doctor doctori, magister magistro praestat.  
 Quod



DIALOGI.

Quod discrimen qui non aduerlit, <sup>an aduerlit</sup> opera & oleum ( ut aiunt ) plerunq; perdit, ac, ut certū aliquid quod hic sequaris habeas, in hac <sup>deliberatione</sup> deliberatione spectandum erit, non quæ magnificis edificijs, tametsi & hæc decoris aliquid addunt, sed optimis omnis generis præceptoribus sit instructissima. Primum, quæ triū linguarū <sup>professores</sup> professores habeat, & doctos, & bonos, hoc ut uelint, illud ut possint recte docere. Siquidem Latinam, Græcam & Hebraicam linguā in Christianorū scholis doceri pontificiæ leges iubent, & ueterum theologorum exempla suadent, ac deniq; Christianæ reipub. usus exigit. Habeat deniq; theologos, si nō plures, unū saltē aut alterum cum scripturarū intelligentia, tū uitæ sanctimonia egregie probatos, tum iureperitos non minus prudentia, quam & facundia laudatos. Ad hæc medicos, quos naturalium rerum profunda cognitio, & curandi fides perspecta commendat. Postremo philosophos, non qui sophisticam rixandi pertinaciam ex ineptis barbarorum commentarijs inculcent, sed qui philosophando Platonis maiestatem, acumen Aristotelis, Theophrasti eloquentiam proxime referant. Quamquam autē Gymnasium eiusmodi minoris negotij est describere, quā usquā inuenire, ad præscriptam tamen imaginem utcuq; accedunt hic in uicino sit Lipsia, Vuitēberga, Erphordia, & VVITTENBERGA. Nec ERPHORDIA cuiquam est aspernanda, ut nec BASILEA. Super omnes uero trium linguarum professione floret LOVANIVM. Schola, uel hoc nomine omnium Louanium felicissima

stra  
N.  
huic  
itū.  
ibus  
omi=  
modo  
tur,  
Sime  
sed  
iam  
era=  
atur  
rior,  
cul=  
tuo  
ates,  
ex=  
e est  
ac=  
hic  
ania  
om=  
itari  
, &  
scho  
stat.  
uod





MOSELLANI.

foelicissima, quod magnū illum & sapientia & eloque-  
 tie principem habet ERASMVM. Et summum illud  
 Ecclesiasticæ dignitatis ornamentum Albertus Cardi-  
 nalis, magnum quiddam Moguntia suæ <sup>desiderat se</sup> molitur. Quod  
 si processerit, erit quo se Germania exteris hominibus  
 uenditet. Porro illud in primis tibi cauendum, ne ad sub-  
 limes illas professiones, quas uocant, illois (ut aiunt) pe-  
 dibus irrumpas. <sup>Latinus et græce</sup> Quin modis omnibus curandū, ut utri-  
 usq; literaturæ mediocri cognitiōe <sup>uestigat</sup> præparatus accedas.  
 Sic enim futurum, ut in disciplinis his grauioribus citius  
 & facilius, quo tendis, peruenias, & rectū in rebus om-  
 nibus iudicium consequaris. Hoc qui caret, frustra se ali-  
 quid foeliciter discere sperabit. HIE. At i eiusmodi scho-  
 lis receptum audio, ut scholasticorum quisq; præcepto-  
 rem quempiam sibi deligat, quo familiariter utatur, non  
 tantum ad literarū studia, sed & formandos mores, hic,  
 Quid mihi faciendum suades? LV. Quid aliud, quam ut  
 antequam te alicui in disciplinam dedas, diuitū istorum  
 Ratio deli- delitias imiteris. Qui cum multa uini dolia in cellis has-  
 gendi præ- beant reposita, non statim e quouis bibunt, sed pitifando  
 ceptoris. omnibus ex ordine degustatis, quod firmissimū fuerit &  
 suauissimū, hoc demū in palati sui usum relinunt. Quin  
 ergo & tu cum ex alijs sciscitaris, tum multos eximios,  
 eiusdē professionis doctores audiendo exploras ipse, cui  
 Indicia bo- potissimum ingenij tui solum rectissime excolendum lo-  
 ni præcep- ces. Tametsi sunt & alie coniecturæ, quibus in hoc uti  
 toris. possis, ut si cui suæ lucubrationes insignem peperere fa-  
 mam

si uis possis utrumq;  
 longe magis uisum  
 iudicium quia plurima  
 hinc

diuites

nam



DIALOGI.

mam, si quæ eruditorum calculi aliquot probent, si cui ab alijs eiusdem musæ æmulis insignite inuideatur, si quæ uel iudiciû principis, uel Reip. cõsensus a contemptu uindidicet, si cui magna sit lectissimorum iuuenû frequetia, si q discipulos aliquot egregie doctos reddiderit. Deniq; si qui Pythagoræ exemplo, nõ quemq; statim in disciplinã suã recipiat, & alios plura ac meliora pluris quoq; doceat. Caue enim cõmittas ad quenquã te alliciat sumptus uilitas, aut a quoquam deterreat impense magnitudo. Quando fere fit, ut qui paruo docent, parua, qui magno, magna quoq; doceant. His indicijs si prudenter uteris, uix unquam tibi imponet quisquam. Cætera rerum usus, optimus magister, ætatis progressu te facile edocebit. HIERO. Sat est. Quod restat pro salubri adeo consilio gratias tibi immortales tuus agit Hieronymus, si quando dabitur facultas, egregie quoq; relaturus. LV. Nihil addubito. Tu, quod tibi foelix ac faustum sit, ad bonarum artium mercaturam proficiscere. Vale.

Vide Gelli.  
in prio. c.  
9.

Lipsiæ excudebat Nicolaus Faber, Anno  
post Christum natum. 1533.



















Farbkarte #13

B.I.G.



PÆDOLOGIA PETRI MOSELLANI protegensis, in puerorum vsu conscripta, aucta, & pluribus in locis a mendis repurgata.  
DIALOGI XXXVII.  
Anno. M.D. XXXIII.

